



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Parallela Geographiae Veteris Et Novae

Briet, Philippe

Parisiis, 1648

§. 1. Admiranda Angliae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13147

Lageniâ	S I S	Lechliniensis	} <i>Laghlin</i>	} coaluerunt.		
		Fernensis			} <i>Fernes</i>	
	<i>Dublin.</i>	Darensis	: <i>Kildare.</i>			
In Monomiâ	CAS-	Emeliensis	} vniti Ar-	} <i>Emmelay.</i>		
		Clonmeliensis			} chiepisc.	} <i>Clonmell.</i>
		Ardefartensis				
	SI-	Corcagiensis	} vniti	} <i>Corke.</i>		
		Clonensis			} sunt	} <i>Cloney.</i>
	LIEN-	Yougallensis	} sunt	} <i>Tougall.</i>		
		Kinfalliensis			} iuncti	} <i>Kynsale.</i>
	S I S	Rossensis	} sunt	} <i>Rosse.</i>		
		<i>Cashel.</i>			Vaterfordiensis	} vniti
		Lismorensis	} sunt	} <i>Lismore.</i>		
		Limericensis			} coalue-	} <i>Limerik.</i>
		Kilmalocensis	} runt	} <i>Kilmalock.</i>		
In Connaciâ	TVA-	Duacensis			} iuncti Ar-	} <i>Galloway.</i>
		Achadensis	} chiepisc.	} <i>Anaghdonne.</i>		
		Moyensis				
	MEN-	Kyllaloensis			: <i>Kyllaloe.</i>	
		Kilmacullensis	} vniti	} <i>Kilmacullo.</i>		
	S I S	Clonofertensis			} sunt	} <i>Clonfort.</i>
		<i>Toam.</i>	Mayensis	: <i>Moy au Comté de Mayo.</i>		
		Achonritanus	} iuncti	} <i>Achonry.</i>		
		Olfinensis			} sunt	} <i>Elphen.</i>
		Moriensis	} vniti	} <i>Meore.</i>		
	Killaliensis	} sunt			} <i>Killaley.</i>	

CAPVT DVODECIMVM.

De admirandis Britannicarum Insularum.

§. 1. Anglia.

TAMESIS, *Vmber*, & aliquot Angliæ fluij pluuiis abundè cadentibus, & niuibus etiam liquefactis non augentur. *Giraldus Cambrensis.*

Ad

Ad Emporiolum *Pensanciam* in Cornubia lapis mirabilis iacet dictus *Mainamber*, vno digito mobilis, ad multorum impulsio- nem *ἀκίνητος*. *Camdenus*.

In Angliæ vico *Perruobesire* quindecim diebus fons sanguine sic manuit, vt vicinum vadum inficeret. Causam esse putō minium, quod aqua corradens eo inficitur. *Guilielmus Malmesburicensis in Guil. II. Rege*.

In *Chiltrensi* territorio Fontes in frugum fertilitate exsiccantur: si iidem exuberant, certissima frugum penuria denunciatur. *Gyraldus*.

In parte Occidentali Angliæ, in sylua Cornubiæ ligna nascuntur, quæ in aquam missa, licet modica, illicò instar lapidum demerguntur. *Idem Gyraldus*.

In Bathoniensi Comitatu ad fluuium *Auonem* *Auon*, lapidicinæ, in quibus lapides in modum serpentum ducti, & efficti, sed plerique capitibus imperfectis. Hos credit vulgus à Britanna virgine *S.Keina* efformatos, sed doctiores credunt naturæ ludentis opus. *Camdenus*.

§. 2. Vallia.

IN *Morganucia* è regione *Taffi* Fl. *Baruchus* Insula, in quâ ad mare rupes, & in eâ hiatus ad quem si aurem admoueris, malleorum ictus, follium motus, ferri stricturas quasi in officina ferraria exaudias. Ad quod reuocant quidam dictum *Clem. Alex. 6. Stromatum*, de speluncâ in Britannia, in quam si ventus incidat audiuntur cymbala numerosè pulsari. *Camdenus*.

In Insulâ *MONA Anglesey*, lapis est humano femori similis, quolibet exportatus redit in locum suum proximâ nocte. Quod probatum fuit tempore *Henrici primi*, cum ab *Hugone Castrensi* vinctus catenis ferreis in mare proiectus, rediit: quare vetitum deinceps ne fieret periculum: sed cum *Rusticus* id neglexisset, & lapidem illum suo femori religasset, rediit in locum lapis, & hominis erus computruit. *Gyraldus*.

Non procul à Castello *Dinencer*, in regiuncula *Canterbocan* fons intumescit, & decrescit maris instar. *Gyraldus*.

Prope *Sabrina* ostia stagnum est, indigenæ *Linligunam* vocant, quod sorbet marinos fluctus dum æstus affurgit, iis tamen nullo-